

consulatum accepit, ceteros rapuit), cum Teutonos Cimbrosque concideret, cum Iugurtham per Africæ deserta sequeretur, tot pericula putas adpetisse virtutis instinctu? Marius 67 exercitus, Marium ambitio ducebat. Isti cum omnia con-  
cuterent, concutiebantur turbinum more, qui rapta con- 5  
volvunt sed ipsi ante volvuntur et ob hoc maiore impetu  
incurrunt quia nullum illis sui regimen est, ideoque, cum  
multis fuerunt malo, pestiferam illam vim qua plerisque  
nocuerunt ipsi quoque sentiunt. Non est quod credas quem-  
quam fieri aliena infelicitate felicem.

68 Omnia ista exempla quae oculis atque auribus nostris  
ingeruntur retexenda sunt, et plenum malis sermonibus  
pectus exhauriendum; inducenda in occupatum locum virtus,  
quae mendacia et contra verum placentia extirpet, quae nos  
a populo cui nimis credimus separet ac sinceris opinionibus 15  
reddat. Hoc est enim sapientia, in naturam converti et eo  
69 restitui unde publicus error expulerit. Magna pars sanitatis  
est hortatores insaniae reliquise et ex isto coitu invicem  
noxio procul abisse. Hoc ut esse verum scias, aspice quanto  
aliter unusquisque populo vivat, aliter sibi. Non est per se 20  
magistra innocentiae solitudo nec frugalitatem docent rura,  
sed ubi testis ac spectator abscessit, vitia subsidunt, quorum  
70 monstrari et conspici fructus est. Quis eam quam nulli  
ostenderet induit purpuram? quis posuit secretam in auro  
dapem? quis sub alicuius arboris rusticae projectus umbra 25  
luxuriae suae pompam solus explicuit? Nemo oculis suis  
latus est, ne paucorum quidem aut familiarium, sed appara-  
tum vitiorum suorum pro modo turbae spectantis expandit.  
71 Ita est: irritamentum est omnium in quae insanimus ad-

10 infelicitate *B man.* *rec.*,  $\eta$ : fel- *B'Qθψ* 13 indocenda  
*B'Q* 18 coetu  $s$  19 noxia *Qη* 20 vivet *Qη* 21 sollici-  
 tudo (solit- *Q man. rec.*, *R*) innocentiae  $\phi$  25 projectus  $s$ :  
 protec-  $\omega$

94, 67

fuerunt malo, pestiferam illam uim qua plerisque nocuerunt, ipsi quoque sentiunt. Non est quod credas quemquam fieri aliena infelicitate felicem. 68 Omnia ista exempla quae oculis atque auribus nostris inge-  
runtur, retexenda sunt et plenum malis sermonibus pectus exhauriendum : inducenda in occupatum locum uirtus quae mendacia et contra uerum pla-  
centia extirpet, quae nos a populo cui nimis credi-  
mus, separat ac sinceris opinionibus reddat. Hoc est  
enim sapientia, in naturam conuerti et eo restitui  
unde publicus error expulerit. 69 Magna pars sani-  
tatis est hortatores insaniae reliquisse et ex isto coitu  
inuicem noxio procul abisse. Hoc ut esse uerum scias,  
aspice quanto aliter unusquisque populo uiuat, aliter  
sibi. Non est per se magistra innocentiae solitudo nec  
frugalitatem docent rura, sed ubi testis ac spectator  
abscessit, uitia subsidunt, quorum monstrari et cons-  
pici fructus est. 70 Quis eam quam nulli ostenderet,  
induit purpuram ? quis posuit secretam in auro  
dapem ? quis sub alicuius arboris rusticae projectus  
umbra luxuriae suae pompam solus explicuit ? Nemo  
oculis suis laetus est, ne paucorum quidem aut  
familiarium, sed apparatus uitiorum suorum pro-  
modo turbae spectantis expandit. 71 Ita est : inri-


infelicitate : ex fel. B fel. Q.

68 exhauriendum : exaur. BQ || inducenda Schweighaeuser :  
ex indoc/enda desin. pag. B indoo. Q inducenda est Buecheler  
cum uett. edd. et vulg. olim || uirtus quae B : -tusque Q || menda-  
cia ex medicina ut uid. Q || extirpet B : extur. Q || unde B : inde  
pr. Q.

69 et existo : ex et exito B ex isto Q || coitu BQ Auen. Buecheler :  
cetu q coetu dett. vulg. || noxio B : -ia Q || uiuat B : uibet Q || inno-  
centiae solitudo B Schweighaeuser : solitudo [it ex icit] i. Q vulg.  
[solit.] olim || conspici B : -cit Q || est B : eius Q.

70 nulli B : illi Q || ostenderet B : -rit Q || purpuram B : porp. Q  
|| projectus dett. : protec. BQ || luxuriae suae : ex -riam suam B ||  
pompam : ex -pae/ut uid. B || nemo ex nem B || laetus B : ex  
laustus Q || apparatus uitiorum B : apparuit munitorum Q ||  
spectantis B : -ctationis Q.

71 ne concupiscamus B : haec c. Q fort. fuit haec ne c. Beltrami.



*Codicum stemma*  
(a V. Yntema graphice depictum)

